L *Abor*, manuum à Deo est mandatus, 502. à Christo nunquam prohibitus, 852. omnibus est impositus, 1379. labores in quacunque vocatione quomodo peragere debeamus, 307. *Laborantes* qui sint Christo, 573. 574. *Lapides*, metaphoricè gentes significant, 164. *virvi*, quomodo fundamento sint superstruendi, 931. *Lapsi*, si poenitentiam egerint, sunt recipiendi, 484. Deo reconciliari possunt, 610. 611. *Lapsus* *Adami* durum naufragium, 1125. *peccantium* est duplex, 1007. *facinorosorum* quomodo intuentus, 1069. *Lata*, vel latè patens Religio quæ sit, 911. *Latitudo*, quid notet in Scripturis, vel in lingua sacra, 513. *Latrina*, unde dicatur, 886. *Latrones*, in Ecclesia Christi quinam dicantur, 1245. *Laurentii*, martyris responsum, tyranno bona Ecclesiæ petenti datum, 1187.

Laus mundi contemnenda, 427. *hominum bonorum* non est negligenda, 427. *nostra* in Deum retorquenda, 1365.

Lazarus, nomen Hebraum est, 1310. quid significet, 1313. in Deo dives salvatur, 1315. 1316. *V. etiam supra Dives.* *Lazari* Bethaniensis historia omnium jucundissima, 1382. resuscitatio miraculosissima, 1420. 1421.

Lectores Scripturæ alii idonei, alii minùs idonei sunt, 377.

Legalibus, concionibus omnes homines sunt subiecti, 1195.

Legati, de seipsis jure testari possunt, 1076. *Legatio Christi*, duo complectitur, 892. *Hierosolymitana* ad Baptistam quando instituta, cum ejus occasione & causa, 200. quibus personis constituta, 200. 201. quibus deliberationibus facta, 201. splendida fuit, *ibid.* *Baptistæ* ad Christum cur facta, 544. *Septuaginta* discipulorum quando instituta, 1035.

Leges V. infra Lex.

Legio, quid fuerit & quid comprehendat Romanis, 708. *Legionis* nomen cur Diabolus sibi assumpserit, 708. 709.

Legisperitus, quomodo adversus Christum surrexit, 1117. quomodo seipsum iustificare voluerit, 1121. convincitur, quòd proximum non dilexerit, 1122. *Legisperitum* jubet Christus servare, sed non affirmat, quòd possit, 1121. *Legisperiti*, qui fuerint, 110. 1117. Differunt à Phariseis, sicut Religiosi à Magistris nostris, 1164. tyranni animarum dicuntur, 1163. Legis onera ne digito quomodo attigerint, 1164. 1165. impediunt homines, ne regnum Dei ingrederentur, 1168.

Legitima bonorum *ICTis* quæ sit, 1296.

Leo, X. P. R. doctrinam Christi fabulam dixit, 1198.

Lepra, Judæis valdè familiaris, 1326. morbus incurabilis, 524. & facile maximus, 524. in populo Judaico multa habuit particularia, 330. est imago quædam peccati, 330. 524. 1326. est poena peccati. 1326. *Lepre*, corporalis curatio divinæ est potentia, 524. quomodo fiat, 525. consideratio spiritualis, 524. *Leprosus*, ex audita concione montana multum proficit, 523. & plus aliis, qui multis annis Evangelicam doctrinam audiverunt, 523. Christum hominem Deum agnoscit, 524. Christum hominem adorat, *ibid.* *Leprosi fides* describitur, 330. 331. est tamen infirma, 331. *oratio* qualis fuerit, 330. 331. 523. 524. *missio* ad Sacerdotem allegoricè quid notet, 333. 334. *divulgatio* sanationis non probatur, 334. *Leprosi*, separati vixerunt, 330. 1326. & à sacris prohibiti, 330. quomodo fuerint expiati, 333. duo diversi, quorum unus apud Matthæum, alter apud Marcum sanantur, 328. exclusi à consortio Judæorum non excluduntur à regno Messia, 523. decem considerantur in sensu allegorico, 1326. In 10. *Leprosi* par fiducia in Christum fuit, sed gratitudo dispar, 1328.

Levita, & Sacerdos fuerunt sine dilectione, 1123. qui sint in sensu allegorico, 1126. *Levite*, quando ad publicum Ministerium fuerint admissi, 171. *Levitis* qua ratione ab

Israe-

Israelitis decimæ data fuerint, 1161. *Levitica*, *benedictio*, obmutescit tempore adventus Christi, 82. *impunitas* qualis fuerit, 883.

Lex, vocabulum est æquivocum, 435. quandoque totam Scripturam Vet. Test. in se continet, 1258. quid dicatur Hebræis, 1256. aliter in nobis, aliter in Christo consideratur, 438. dicitur jugum oneris, 574. cos mortis, 742. pædagogus ad Christum, 771. 1060. 1121. 1366. est una copulativa, 1160. moralis & ceremonialis differunt, 448. de suscitando semine fratris explicatur, 59. de extirpandis inimicis quomodo sit intelligenda, 459. *ratio* non est injusta, 452. *natura* multum requirit ab eo, qui multum accepit, 1199. *Mosis* non sufficit ad conversionem & salutem, 197. nec dat nobis vitam, 934. portam cœli non aperit, sed Christus, 934. à natura nostra corrupta non potest impleri, 198. *V. paulo post plura*, cur à Deo data sit, licet observatu sit impossibilis, 1125. quomodo sit abrogata, 884. omnibus, etiam Christi discipulis est proponenda, 417. an sit desitura in novissimo die, 437. non legitime tractata, pestilentissima est corruptela, 434. 435. obligat ad obœdientiam, vel ad pœnam, 607. operum cedit Religioni fidei, 1051. non tantum scienda, sed & facienda est, 1052. neminem inauditum condemnat, 1065. *Legis divina onus*, Christus pro nobis in se recepit, 101. *doctrina* in concione *Matth. V.* diligenter tractatur, 417. *et seqq.* neminem ad salutem adducit, 1121. 1122. *usus* est necessarius in Ministerio Apostolico, 434. 435. *impletio* est nobis impossibilis, 436. 437. 1121. 1122. 1125. in Christo est quærenda, 438. & hæc nobis imputatur, 436. 437. *additamenta* quæ videntur, in ipsa lege continentur, 440. *et seqq.* *cognitio* non sufficit, sed & observatio requiritur, 1120. *Species* sunt tres, 1160. *finis*, 1365. *pædagogia* per Christum tollitur, 1308. *Legem carnalium*, solvere vel destruere, quid sit, 435. *A Lege* quatenus nos Christiani absoluti sumus, 1127. *Leges ceremoniales*, cedunt necessitati, *morales* non item, 385. & leges charitatis inter se collatae, 385. sunt mutabiles, 388. impleta & abrogata per Christum, 436. *Forenses*, quomodo à Mose fuerint attemperatae, 442. quomodo intelligendæ, quando permittunt repudium, 448. *V. infra Præceptum.*

Liber, quid Hebræis interdum significet, 54. *Generationis* quid notet, 54. de infantia & pueritia Salvatoris est apocryphus, 141. *Dei* quid denotet, 1112. *Vita* quis sit, 1112. *Libro vite*, quando & quomodo inscribamur, 1112. *Liberorum* forma in Synagogis Judæorum, 289.

Liberalitas, in dispensatione corporalium bonorum à Christo præcipitur, 1306. *V. etiam supra Beneficentia.*

Liberari, à malo quam varia complectatur, 488. *Liberatio* à malo in hac vita est imperfecta, 488. perfecta autem in futuro, 489. *Spiritualis* à Diabolo qualis & quanta, 980.

Liberi arbitrii, vires nullæ sunt, 1048. 1155. *patroni* refutantur, 643. 659. 673. 756. 858.

Liberi, ἀσπογοί non quærant patrocinium in Christo, 632. in consultis parentibus nihil temerè faciant, 813. *Liberorum amor* erga parentes, qualis ut plurimum sit, 739. *honorem* quem parenti-

bus debeant, 881. *officium* erga parentes demortuos, 687. non damnatur à Christo, *ibid.*

Libertas Christiana, quomodo sit moderanda, 392. non est in licentiam carnis mutanda, 1090. triplex, qua Adamus gaudebat ante lapsum, 1092. quæ restaurata per Christum nobis datur, 1093. inchoata tantum est in hac vita, 1093. *civilis* est maximum bonum, 1088. *Libertatem Spiritualem* quomodo consequamur, 1089.

Ligare, & solvere à foro sumitur, 938.

Lilia, agri quid nos doceant, 505. 506. 1185.

Limites, terræ Sanctæ, sive Palæstinæ, quo animo concipiendi, 24. *et seqq.*

Lingua, est compescenda, 951. *Epulonis* meritò cruciatur, 1318. *Græca & Hebræa*, V. in G. & H. *Lingua* cura qualis habenda, 758. *Linguis* nostris Diabolus potissimum insidiatur, 758.

Linum fumigans, quomodo imbecillitates nostras repræsentet, 397. 398.

Literæ credentiæ, immediatè vocatorum, 1048. *Elie* ad Regem Joram, 926.

Litigantes, in foro qualiter se gerere debeant, 1017.

Littus maris, in Ecclesia est consummatio seculi, 681.

Locus primus, quod de reprobatione Judæorum & vocatione gentium agitur, 530. *Loca*, omnia ad docendum sunt apta, 641. *Sepultura* apud veteres diversa, 750. *V. etiam πρωτοκαθεδρια.*

Locustæ, Johannis quale cibi genus, 155. 156. sunt inter volatilia munda, 156.

Log, quale mensuræ genus inter Hebræos, 1305.

λόγος, Filius Dei Patri æternus, 38. *et seqq.* semper subsistens, 39. quomodo quieverit in passione, 946. *V. etiam Indicem Vocabulorum Græcorum.*

Logotheta, magnus quis sit, 644.

Lolium, quid mali pariat, 864. imago est hypocritarum, 864.

Longævitas, singulare Dei donum est, 125. 126.

Longanimitas, Dei in tolerandis peccatoribus, 1029. 1207.

Longi temporis prætextus superstitionibus non patrocinatur, 19.

Loquela Christi qualis fuerit, 1097. *Loquendi* formulæ, *Est, est, Non, non*: quid insinuent, 450.

Loti tempora, qualia fuerint, 1334. *uxor* quid fecerit, ut ejus meminimus, 1336.

Lucas, ordine narrat historiam Evangelicam, 3. cur non Apostolus Evangelium scripserit, 30. an Evangelii tantum Scriba fuerit, Paulo autore, 31. quo consilio scripserit, 31. 35. non fuit Cleophae socius, nec è 70. unus, 31. 36. comes Pauli perpetuus, 31. nec otiosus, *ibid.* genere Antiochenus, professione Medicus, *ibid.* approbat Matthæi & Marci Evangelica scripta, 36. quare aliter Genealogiam Christi descripserit, quam Matthæus, 54. cur eam historiam de Baptismo Christi annectat, 180. an à Matthæo discrepet, recitans tentationes Christi, 183. 184. singulari diligentia usus est in descriptione Evangelicæ historiam, 578. an à Cap. IX. usque ad XIX. miscellanea scripserit, 1020. 1116. 1260. 1320. cum Johanne unam eandem.

I N D E X.

demque professionem Christi ad Festum Scenopegias enarrat, 1025. eandem precationis formulam cum Matthæo habet, paucis Verbis mutatis, 1136.

Lucerna, quid significet in Scripturis, 1153. metaphoricè dicitur Johannes & quilibet Verbi divini Minister, 374. 430. dicitur & Verbum Dei, 655. & doctrina Evangelii, 1295. sub modium non est ponenda, 374. 430. quomodo sub modium & sub lectum ponatur, 655. quomodo super candelabrum ponenda, 655. *Lucerna* accensa à Christianis sunt gestanda, 1189. *V. infra Lux.*

Lucianus, Verbi divini veritatem in prophanas fabulas immutavit, 621. *Lucianiste* hodierni quinam sint, 622.

Lucrari, debemus alios, 720.

Lucta conscientie, in Herode, 266. *fidei* in Hæmorrhousa & nobis, 745. inter fidem & incredulitatem in Martha, 1416. & nobis, 1417.

Luctus, qualis sit affectio animi, 420. Christo probatus quinam sit, 420. 421. alius sit quàm gentiliū, 749. *Luctus* & jejunium quare jungantur, 728. in *Luctu* ab ingressu Templi non est abstinendum, 1418. *V. paulo post Lugentes.*

Ludorum, morosi turbatores quinam sint, 562. *V. etiam Lusus.*

Lugentes, ob adversa à Christo non rejiciuntur, 420. consolationem qualem accipiant, 420. & quomodo eam accipiant, 537. *V. etiam Luctus.*

Lumbi, Christianorum quomodo præcingi debeant, 1188. 1189.

Luna virtute, morbi vel accedunt, vel recedunt, prout humores cerebri vel augentur, vel minuuntur, 977. *Lunatici*, quinam dicantur, 327. 977. à Dæmoniis differunt, 327. *Lunaticorum* unus à Dæmonio mirè exagitatus fuit, 977. 978.

Lupi, Evangelio insidiantes, qui sint, 789. quomodo cavendi, *ibid.* in Ecclesia Christi quinam sint, 1038. 1246.

Lusus, pueriles apud Judæos utiliter aliquid de moribus monuerunt, 561. 562.

Lutherus, eandem doctrinam cum Christo & Apostolis prædicans, signis non indiguit, 620. quid tamen mirè peregerit, 621. multa heroicè suscepit & perfecit, quæ non sunt imitanda, 845. quos hostes habuerit, Petri professionem in apicem proferens, 933. quare cum suis tanquam seductor traducatur, 046. profecit in veritate excommunicatus à Papa, 1232. *Lutheri doctrina*, ex Evangelio perdurabit, 672. quomodo examinanda, 1101. duo grandia peccata, 1046. 1102. *vocatio* fuit mediata, 1050. *V. etiam Index Authorum.* *Lutherani* an sint pro hæreticis habendi, 927. 940. nec Pontificiorum, nec Calvinianorum assistentia indigent, 912. non indigent miraculis, 912. veri sunt catholici, frustra contra grunnientibus Suis, 927. quomodo errores & hæreses damnent, 1077. unde habeant suam vocationem, 1409.

Luti, & Sputi allegoria in cœci sanatione, 921. itemque in cœco nato, 1220.

Lux, quomodo Christus, Apostoli & credentes dicantur, 41. 430. 1075. opposita tenebris quid notet, 41. 82. *magna*, dicitur doctrina & liberatio Messia, 296. *agnitionis* Christi, paulatim latius se diffundere cœpit, 209. *mundi*, Christus fuit, dum

in mundo fuit, 1075. in quo differt à Mose & Prophetis, *ibid.* *Verbi & Gratie* quò clarior affulget, eò graviores pœnæ mundi ingratitude sequeuntur, 164. *Lucis proprietates*, quas etiam Christus habet, enarrantur, 1074. 1075. *fructus* duplex, 1075.

Luxuria vitium, quod maximè juventuti infidiatur, fugiendum, 950.

Luxus, & crapula ferè convivia comitari solent, 811.

Lysanias, quis fuerit, 152.

λυτγον, quid propriè sit, 1398.

M.

Macedoniorum, blasphemia contra Spiritum Sanctum, quòd tantum sit creatura, 40. 1062.

Macherus, castrum ubi situm fuerit, 551. an fuerit carcer Baptistæ, 816.

Macula, anteaactæ vitæ comitatu Christi non sunt dedecori, 590.

Magdala, qualis locus, 909. cum Dalmanutha est eadem regio, 693. 909.

Magi, quales sint, vel quid eorum nomine intelligatur, 106. quando Hierosolymam venerint, 103. & seqq. quomodo ab Oriente dicantur venisse, 104. ante purificationem venerunt ad Christum, 105. primitiæ gentium dicuntur, 106. 107. 109. quomodo pervenerint ad notitiam Christi Salvatoris, 108. quomodo excitati fuerint ad suam professionem, 109. ad Ministerium Verbi ablegantur, *ibid.* *Magorum tentationibus*, quomodo Deus occurrerit, 112. *nomina* an sciri possunt, 113. *munera* Christo oblata quid denotent, 112. 113. *frequentia* apud Judæos, 598.

Magister, salutatur Christus à Scribis, 619.

Magistratus, magna auctoritate à Deo circumdatus est, 314. unde proveniat, 531. quid circa zizania facere debeat, 664. curet, ne subditi deficiant, 906. jure suo tributa exigit, 988. petulantiam & scelera severe punit, 1012. in puniendo est executor alienæ justitiæ, 1070. cur titulo Deorum gaudeat, 1255. 1256. ceu pastor populi quas habeat notas, 1238. *Magistratus officium*, non tollitur à Christo, 452. nec ei à Christo jus gladii admittitur, 664. quando rectè implorari possit, ostenditur, 453. 665. *gradus* diversi, 531. *jura* Christus non abolet, 1397. *onera* iniqua non sunt per seditionem excutienda, 456. *Magistratus*, impia mandanti, non est obtemperandum, 1286.

Magni, in Ecclesia qui sint, 1398.

Magnificare Deum, quid significet, 71.

Mahumetistarum, error de Deo, 672. *V. infra Turca.*

Majestas divina, quomodo sese ad nos dimittat, 241. *V. etiam supra Dei gloria.*

Majr, pars hominum an probet Religionem falsam esse, quam persequitur, 424. *Majoritas* in Ecclesia consistit in servitio, 1398.

Maledictionis, Species quæ, 537. *Malesci* quomodo à Ministris Ecclesiæ sint tractandi, 1072. *Maleficorum* corpora quæ insepulta projiciebantur, 442. *Mali* corvi malum ovum, 163. 812. *Mali* fons est Diabolus, 1099. *Malo resistere* quid sit,

I N D E X.

fit, 453. & quàm grave sit, 454. Mala quænam deprecemur in 7. petitione, 488. 489. 1140. Mala nota, mala optima, 802. A. Malis in Ecclesia qua circumspèctione sit recedendum, 1042.

Mammon, quid sit, 500. 501. 1306. est res vilissima, 1306. *Mammon iniquitatis* cur dicatur, 1306. *Mammonæ servire* quid sit, 500.

Mandata, Legis quæ magna vel minima dicta sint Pharisæis, 438. V. etiam infra *Præceptum*.

Manducatio, quid notet metaphoricè, 851. 852. quomodo ad negotium salutis applicetur, 857. cur à Christo adhibeatur, 861. *Corporis Christi* est duplex, Spiritualis & Sacramentalis, 859. utriusque, *causa finalis*, 860. 861. *differentia*, 859. Et *legq. genus*, 859. *modus*, 860. *Subiectum*, *ibid.* *fructus*, 857. *usus quadruplex*, *ibid.*

Manere in sermone Domini, quid sit, 1089.

Manichei, falsè interpretantur locum *Job*. I. vers. 3. 39. 40. circa Christi humanitatem errant, 85. Metus Testamentum rejiciunt, eò quòd juramenta permittat, 448. & eò, quòd permittat vindictam, 451. raptus violentos præterdunt, 559. 560. 858. particularitatem defendunt, 572. 583. *Manicheorum*, *crimatio adversus Legem Dei*, 884. *error de malo principio*, 1098. 1099. de patre Diaboli, 1099. de Diaboli creatione, 1098. de rejectione Veteris Testamenti, 1245. de homine corrupto, 1294. de divitiis abjiciendis, 1314. V. etiam *Anabaptista supra*.

Manifestatio Messie, quomodo excepta fuerit, 100. qualiter fieri debeat, 1022. *Glorie Christi* duplex est, 222.

Manna, qualis cibus sit, 854. quid comprehendat, 865. Christi est typus, 860. non potuit Judæos vivificare, 854. non præstat vitam æternam, 854. differt à pane cœlesti ob tria, 854.

Manuæti, & mites qui sint, 421. *Manuetudo Christi*, quanta fuerit, 871. imitanda, 953. 1029. 1048. Ministris Ecclesiæ commendatur, 1072.

Manus arida, quomodo intelligenda, 390. *sinistra* nesciat, quid facit dextra, 464. 465. *Christi* benedicta, 832. 900. 907. in *Manu Christi* quare omnia bona sint deposita, 258. *Manuum impositio*, quare ordinationi addita, 777. cur à Christo ægrotis facta, 920.

Marcion, unum tantum Lucæ Evangelium recepit, 33. *Marcionite* invenientes testimonia de Christi divinitate ejus humanitatem negarunt, 861. *Marcionitarum* & *Manicheorum error*, de duobus principiis, 662. de matre Christi, 631. de corpore Christi aëreo, 845.

Marcus, Epitomator Matthæi & monstrator ordinis, 3. 593. 768. Dux ordinis historiæ Evangelicæ, 311. 328. 335. 348. 684. ordinem rerum gestarum ostendit, 3. qua occasione Evangelium scripserit, 30. magnæ auctoritatis & quis fuerit, 30. quid per initium Evangelii intelligat, 34. 151. Filium Dei nominat, quem Matthæus Filium Davidis appellat, 152.

Mare, absolute positum apud Evangelistas plerumque est Stagnum Genesareth, 304. quod aliàs dicitur Galilææ, 303. aliàs est in Vet. Test. Mediterraneum, 304. & hoc dicitur Syricum sive

Magnum, 22. aliàs novissimum & falsissimum, atque occidentale, 304. *Mare* etiam mundum denotat, 680. *Maris* tempestatem Christus sedare potest, 699. in *Mare demerso* atrocissima pœna, 1321.

Margarita, denotat Christum, 678. 679. *Margaritæ* non sunt projiciendæ ante porcos, 111. non sunt ejusdem generis, 678. quomodo gignantur, 678.

Maria, cum Josepho est ex domo Davidis, 57. an fuerit unica paternarum possessionum hæres, 57. est ex tribu Regali secundum lineam paternam, & ex tribu Sacerdotali secundum lineam maternam, 61. unde nomen & originem trahat, 63. cur fuerit desponsata, 63. nullum votum Virginitatis fecit, 66. quomodo plena fuerit gratia, 64. 65. cur & quomodo dicatur benedicta inter mulieres, 64. imò & beata, 72. visitat Elisabetham, 69. præcentrix est Novi Testamenti, 71. partui vicina proficiscitur Bethlehemum, 91. an sine dolore & non ad aperta matris vulva pepererit, 92. Verbum Dei quomodo mediretur, 100. cur loco agni obtulerit par columbarum, 116. sensit vim gladii, animam transeuntis, in Christi fuga, 130. quomodo puerum Jesu instituerit, 140. 141. an fuerit spectatrix Baptismi Christi, 172. nuptiis in Cana, ut cognata, interfuit, 217. unde fiduciam conceperit in nuptiis de miraculo, 217. 218. repullam quare in nuptiis patiat, 218. de exauditione tamen non dubitat, 219. non est adoranda, 218. nec fuit sine labe, 630. 631. id quod non dicitur in ejus calumniam, 631. ideo ejus sanctitas non nimium est extollenda, 600. an viva, an mortua in cœlum assumpta sit, incertum est, 1128. non fuit monialis, 1133. Ejus sepulchrum quare nusquam extet, 1130. *Maria Lazari soror*, quando Christum unxerit, 1383. cum sorore quantum amaverit Christum, 1418. *Maria Magdalena*, an fuerit peccatrix femina, 590. 591. unde nomen habeat, 590. diversa est à Maria, Marthæ sorore, 591. *Maria Salome*, mater Jacobi & Johannis, ob probitatem laudatur, sed ob petitionem vituperatur, 1393.

Maritime, civitates in Palæstina quæ fuerint, 26.

Maritus, & uxor apud Judæos non semper fuerunt ex eadem tribu, 57.

Martha, hospitalis est erga Christum, licet non sine periculo, 1131. exemplum est sedulæ matrisfamilias, 1131. cum Maria diversa hominum genera exprimit, 1133. 1134. luctatur cum incredulitate, 1416. 1417. credidit resurrectionem mortuorum, 1417. brevem, sed optimam confessionem edidit de Christo, 1418.

Martyrem, causa facit, non pœna, 424. *Martyres*, unde nomen acceperint, 791. qui sint *xal' & xous* 791. quo argumento se animarint, 1175.

Mater, Christi spiritualis quæ sit, 632. 633. *Mates* in quibus pro filiis solliciti esse debeant, 1393. *Matrum* amor plerumque cœcus est, 1393.

Mathematici, in investigatione ætatis Christi maximè sudarunt, 12.

Matrimonia, cum parentum consensu ineunda, 813.

I N D E X.

Mattheus, primus Evangelicam historiam literis mandavit, 3. cur & quibus scripserit, 30. quomodo Genealogiam Christi librum appellet, 34. 54. quare eam per *παραγενεαδες* distribuerit, 55. non oblivione vel incuria aliquos in Christi Genealogia omisit, 58. difficultatem aliquam objicit in Harmonia, 335. alicubi ordinem historiarum non observat, 347. 398. 412. utrum fuerit Levita, 345. 346. unde nomen suum acceperit, 346. fuit Judæus, non Romanus, *ead.* significat donatum, vel adhaerentem Domino, 406. conciliatur cum Marco, 782. in quo discrepet à Luca, quoad formulam orationis, 1136. *Matthæi, vocatio*, non eodem tempore facta cum ejus convivio, 335. 704. 716. 732. omnibus peccatoribus spem gratiæ ostendit, 345. *cor* quomodo ad vocationem fuerit præparatum, 346. *vita* describitur, 410. *prædicatio & mors*, *ibid.* *gratitudo* erga Christum & dilectio proximi, 720. *exemplum* quomodo à nobis imitandum sit, 720. *humilitas & candor* in sui descriptione, 778.

Matthia, vita & mors placida, 411.

Maxillam, alteram quomodo deceat obvertere, 454.

Maximus, in regno cælorum quis sit Apostolis, 994. 995. quis Christo, 996.

Mediatoris, nostri officium & prærogativa, 257. 258. 610. duo complectitur, 938.

Medicina, quale sit donum Dei, 742. *Medicus* animæ nostræ Christus est, 743. 744. *V. etiam in Christi nominibus. Medice cum reipsum*, explicatur, 292.

Medius vestrum stat, quid sit, 202. *Medium*, non datur in necessitate proximi inter bene facere & malè facere, 391. nec datur in negotio Religionis, 609. non est aliud, per quod Deus victimas sibi placentes condit, nisi sal verbi, 429. *Media*, quibus sit applicatio meriti Christi, 174 per quæ Deus dat & nos accipimus vitam æternam, 856. *Laboris* non sunt negligenda, 306. nec *salutis*, 847. quibus benedictio Dei obtinetur, 834. quibus remedia malis quærere debeamus, 978. quibus infirma fides roboratur, 982. per quæ Deus in Acolasto pœnitentiam operatus est, 1297.

Mel, sylvestre in Judæa quale fuerit, 156. differt à favo, quo Christus usus est, *ibid.*

Membra, sinistri judicii erga proximum, 509. 510. nos scandalizantia quomodo sint refecanda, 1001. omnia ad dilectionem Dei debent esse directa, 1119.

Memorab, qualis locus sit Judæis in Synagoga, 288.

Memoria, nostra in rebus divinis est labilis, 907.

Mendicantes, vel Mendici non sint in populo Dei, 1400. *Mendicantium* ordo à Christo non est institutus, 688.

Mens, Christi erga nos qualis sit, 905. *hominis* illuminata quantum profit, 1154.

Mensa, metaphoricè beneficia Christi notat cum vita æterna, 534. contemnitur à Judæis, 535.

Mensurarum ratio, apud Judæos qualis sit, 671. 1305.

Mentha, unde nomen habeat, 1160.

Mercatorum, diligentia in acquirendis mercibus, 679. *piorum exempla*, 680. sed rara sunt, 1123.

Mercenarii, in Scripturis malè audiunt, operarii non item, 784. in Ecclesia quinam dicantur, 1244. quas habeant proprietates, 1244. 1245.

Merces, Apostolorum vita æterna quomodo dicatur, 278. quid in Scriptura significet, 426. & meritum an sint correlata, 425. quomodo orationibus nostris reddatur, 470. *Propheta & justus* quid sit, 803. manet tamen gratuita, 804. *Dispensatoris* fidelis quid complectatur, 1041. *Mercedem* sine mora solvere debemus, 1380. *Mercede* sua nemo est fraudandus, 1041. *pro Mercede* in Ecclesia docere non facit mercenarium, 1244.

Meritum, quid dicatur, 425. *Meriti* vocabulum quatenus ferri & adhiberi possit, 426.

Messiani, à Messia dicti, sicut Christiani à Christo, 96.

Messias, seu Christi nomen unde, 61. quare Salvator ita appelletur, *ead.* quare vocetur ex Ægypto, 130. quomodo servus dicatur, 396. 397. quomodo sit petra scandali, 548. quare nominetur *ὁ ἐρχόμενος*, 545. 546. *συναγών* dicitur, 609. & propheta magnus æquipollenti, 834. 1063. victos solvit, 938. Legatus Dei est ad genus humanum, 1063. talis est quærendus, qualem Scriptura proponit, 1061. *Messie appellatio* qualis, 210. unde deriverit, *ibid.* Judæis fuit familiaris, 96. *epistola* varia, 1063. *officium* describitur, 167. cum ejus beneficiis, 547. quæ non sunt corporalia & externa, 547. quamvis & hæc sint testimonium de spiritualibus, *ibid.* *notitia* generalis & specialis, 275. *origo* an Judæis planè fuerit ignota, 1053.

Messis, duplex in Palæstina, 350. *Spiritualis* declaratur, 167. applicatur ad Ecclesiam, 1037. accommodatur ad Ministerium, 277. 278. 772. est vel particularis vel universalis, 659. *Evangelica* singulorum temporum qualis, 772. *Messis Dominus* est Christus, 773. 1038. idè pro fidei operariis rogandus, 773. 1038. *Messorum* melior est conditio, quam sementium, 278. 1037.

Μετὰ ὕψους vana est, 1317.

Methodus, qua Spirituali nostræ corruptioni medemur, 879. qua Christus de via ad salutem docere solitus est, 1120. *V. etiam infra Ordo.*

Metreta, & Cadus quales sint mensuræ, 221.

Metus, ignorantie in Verbi Ministris corrigendus & fugiendus, 795. *ignominie* quomodo curandus, 797. *occisionis* & mortis quomodo tollendus, 798. & pellendus, 1026. 1387.

Milites, quamnam cavere debeant, 166. *Militia*, cælestis apparet pastoribus, nato Christo, 97. *Hominis Christiani* qualis sit, 1288.

Mina, quid notet & unde, 1408.

Minister Verbi, an ipse possit peccata remittere, 939. se captui auditorum accommodet, 971. sermonem rectè secet, 870. 941. 971. non loquatur à seipso, sed ex scriptura, 1048. quatenus salutem suam adversus adversarios tueri possit,

I N D E X.

possit, 1257. *Ministri* doctrina, non persona est respicienda, 1043. *Ministri Verbi* sunt paranymphii, sive amici Christi, 255. 728. terrena in seipis quæ habeant, 257. etiam principum peccata arguere debent, 262. quamvis cicatricem obdlexerint, 264. 265. mundi vitia apertè arguant, 798. 1024. qua *παρηγορία* peccata arguere debeant, 1169. 1213. quomodo peccantes redarguere debeant, 1006. 1007. arguentes alios in jus trahuntur, 1164. à generalibus admonitionibus à speciales descendant, 263. neque frequentiam, nec præstantiam auditorum capient, 277. quomodo dicantur lucerna & lux mundi, 374. 430. dicuntur etiam sal terræ, 428. quomodo fiant sal infarnatum, 430. quomodo igne & sale condire debeant, 1002. 1003. testes, manusque Dei sunt, 525. sint patresfamilias in depromendis veteribus & novis, 685. qui vulpibus conferantur, 688. qui avibus, *ibid.* Medicos imitari debent, 798. 1007. modestiæ sint studiosi, 920. & humilitatis, 996. ovium naturam imitari debent, 789. agnis conferuntur, 1038. coloni sunt in vinea Domini, 1376. quinam sint mali servi, 1410. falsa dogmata refutare debent, 516. sinceri possunt fieri falsi doctores, 516. 517. quando contemnuntur, etiam eorum doctrina contemnitur, 292. an omninò rudes esse debeant, 401. quomodo cum canibus & porcis procedere debeant, 511. 512. malis exemplis plus destruunt, quam sana doctrina ædificant, 431. auditores diversimodè tractare debent, 512. non sint securi & negligentes, 516. 663. 805. in officio non debent defatigari, 681. 1067. non sint otiosi ventres, sed operarii, 784. ignaviæ patrocinium non debent querere, 796. non reddantur desides ob obstacula objecta, 1171. officium non temerè deserant, 657. summa sollicitudine munus suum obeant, 883. nihil industriæ suæ adscribant, 658. non nimium animo crucientur ob scandala, 665. non debent vel adversis frangi, vel prosperis attolli, 553. non indignentur ob auditorum bonorum & fidelium raritatem, 556. nec ob auditorum in judicando perveritatem, 600. vulgi applausum non quarant, 685. 985. falsis hominum calumniis non moveantur, 797. prophanorum hominum consortia vitent, 784. non desint officio, et si mundi contumaciam videant, 791. non patiantur se decipi, hypocritarum assentatione, 852. protervix auditorum non cedant, 865. fines vocationis non excedant, 892. indignos ad Cœnam non admittant, 895. non sint turpis lucrì cupidi, 782. non omnes hominum monitiones admittant, 1024. occasionem loci & temporis in docendo non negligant, 1059. scommata & irrisiones iniquorum non curent, 1077. non sollicitè laborent, ut nomina sua volitent in orbe, 1110. nec scandalizentur, nec scandalizent, 1321.

Ministri Verbi, humili docendi genere utantur, 674. quali moderatione uti debeant, 600. quando cognatos & parentes agnoscere debeant, quando non, 632. an gratis docere debeant, 783. an ex proprio are vivere debeant, vel stipendia accipere, 784. quo sine stipendia admittant, 1030. 1031. intra metas vocationis se retineant, 780. 1268. vocationis & missionis certi sint,

Harm. Teyn. I.

1056. unde habeant vocationem, 1409. & unde agnoscantur, 1409. non possunt omnia scandala avertere, 885. unde nobilitatem & claritatem querere debeant, 779. interdum inviti officium suscipiunt, 773. in medio luporum versantur, 789. 792. ad Christum, cui rationem reddituri sunt, omnia, quæ faciunt & docent, referant, 827. 1110. potestatem clavium gratis exercere debent, 938. quicquid agunt, Christi loco, eoque præsentè & cooperante agunt, 939. duas regulas in officio observent, 941. viventium curam habere debent, præparent Christo corda, qui eos sequitur, 1036. falsa crimina sibi objecta modestè depellant, 1048. qualiter officio suo inter adversarios fungi debeant, 1052. quid ad exemplum Christi in Templo facere debeant, 1046. 1047. auditoribus potestatem concedant, se de Doctrina alloquendi, 1101. debent observare *σεργειν τα προβητα*, 1040. quidvis suo loco & tempore facere studeant, 1024. omnia ad ædificationem, nihil ad destructionem dirigant, & quomodo, 1028. 1029. ita omnia ad auditores accommodent, 1196. eosque ad ferendos fructus adducant, 1208. etiam impii Verbum Dei purè prædicare possunt, 1043. innocentes tueantur adversus contradicentes, 1052. constanter officio suo fungantur, 1054. stent quandoque docentes, 1059. quomodo cum hostibus veritatis procedere debeant, 1083. & qua moderatione agere debeant cum adversariis, 1092. 1095. placita Dei semper faciant, 1084. tenuibus fidei principiis in auditoribus contenti sint, 1085. quam diu blandè agere possint, 1086. clavem scientiæ quomodo habere & administrare debeant, 1169. Christum imitentur in officio pastoralis, 1240. 1241. interdum etiam doctrinas morales tractent, 1276. sint diligentes in suo munere, 1268. 1283. in adversis recumbant in providentia Dei, 1268. cum Christianis quid potissimum curare debeant, 1287. 1288. de laborum fructibus non omninò desperent, 1262. cum magistratu moderatè agant, 1267. quò sublimiora habent dona, eò sint humiliores, 1277. scopula & facula quærant peccatores, 1295. omnes profectus vel lucrum Deo adscribant, 1410. *Ministrorum*, ardor & zelus in docendo, 277. auctoritas quare interdum minuat, 256. consolationes in persecutionibus, 265. *notes* aliquot recensentur, 674. 675. 685. *eruditio* qualis esse debeat, 685. *labor* inanis Deo non benedicente, 402. Christo verò assistente non est frustraneus, 428. *lapsus* graviores, quàm aliorum, 429. *libertas* in arguendis manifestè sceleratis, 1267. *merces* quæ expectanda, 265. 293. 1196. *natum* quoad malos, simili declaratur, 779. *officium*, quale, 656. quid comprehendat, 777. 829. est auditores ab admiratione docentium ad Deum ducere, 203. cum Magistratu circa zizania, 664. 665. *opera* sunt duplicia, 431. *persecutiones*, quas expectare debeant, 789. *potestas* qualis, 777. etiam arguendi peccata, 664. *quies* qualis esse debeat, 827. *sustentatio* nunquam deerit, 1039. *vita* doctrinæ respondere debet, 429. 431. *vitium* non est, eadem de iisdem docere, 1020. *vitia* quædam recensentur, 687. 688. 805. *Ministrorum nuptialium*

lium in Cana, admiranda obedientia, 220. Romanorum integritas & humanitas, 988.

*Ministerium, Christi, V. supra Christus, Christi & Johannis, 547. efficacis est, non virtute ministrum, sed quia est Ministerium Spiritus, 49. confertur Sali, 428. lucerna, 373. 374. candelabro, 1154. tuba, 1022. est digitus Dei, 601. 603. 606. & cursus Ezechielis, 970. ingratum est mundo & quare, 428. non debet servire ad contumeliam nominis Dei, 512. suos quoque habet hypocritas, 778. auferitur à Judæis & datur Apostolis, 774. apud Judæos & Pontificios quomodo constitutum sit, 1037. Ministerii, descriptio vera, 557. dignitas, quæ sit, 373. 374. 1217. unde sit, 803. ostenditur cum ejus utilitate & necessitate, 430. effectus contra Diabolum, 1111. efficacia non secundum personas est metienda, 555. quæ sit, 606. cum Sacramentis, *ibid.* unde sit, 777. finis & cur institutum, 777. potestas qualis, *ead.* Ministerio legitimo Deus semper præsens adest, 1084. ad Ministerium Verbi deducimur, ut quæramus Christum, 109. de Ministerio Verbi & Sacramentorum Scriptura diversimodè loquitur, interdum conjunctim, interdum distinctè, 167. in Ministerio Ministri persona & Dei virtus sunt distincta, sed non distincta, 658.*

Minoia, Jovis collocutor fingitur, 858.

Minor, in regno cælorum major est Johanne, 555. *Minimus* in regno cælorum quis dicitur, 439.

Miraculum, mutata aqua in vinum, quomodo dicatur primum, 15. 216. sanati filii Reguli quomodo sit secundum, 283. omne terminatur in melius, quam per naturam fieri potest, 221. conservati Evangelii in mundo, 827. capture piscium cum ejus usu, 306. & *seqq.* quinque panum, 832. & *seqq.* septem panum, 907. sanati cæci in Bethsaida, 919. & *seqq.* stateris in ore piscis, 989. 990. *V. etiam supra Christus, & alia suis in locis.* *Miraculi*, ad piscinam probaticam facti, in libris Vet. Testament. vestigium non extat, 353. cœpit tempore revelati Messia, 353. quid notet, *ead.* *Miracula*, facta in primo Nov. Test. colloquio, 70. *facta*, quæ acciderint in fuga Christi in Ægyptum, 129. non sunt fingenda absque Scriptura, 92. quare tam multa *extraordinaria* in historia Magorum describantur, 106. *vera* quæ propriè sint, 216. quæ opponenda sint ea flagitantibus, 228. propter infirmitatem hominum data sunt, 604. quid probent, 341. 342. quomodo comprobent, Jesum esse Dei Filium & Messiam, 375. quomodo probanda, 603. 604. cur initio Evangelii edita, 522. 523. *Christi* ad duo sunt ordinata, 323. sunt sigilla Dei, quibus doctrinam suam confirmat, 341. sigilla, quibus Deus Christum consignavit, 853. sigilla & testimonia doctrinæ, 980. sunt anagogia ad spirituale regnum ejus, 355. 356. 369. testimonium perhibent de persona & officio Christi, itemque de veritate & certitudine doctrinæ ejus, 375. & quomodo hoc fiat, explicatur, *ibid.* itaque doctrinæ inserviunt, 522. ideo doctrinæ adjunguntur, 523. 1041. conjuncta autem sunt, ut fides plantetur, 1249. nihil commune habent cum ma-

gicis operationibus, 603. divulgantes contra Christi præceptum an rectè fecerint, 756. à Christo Apostolis quæ concessa, 781. in sensu Spirituali adhuc durant, *ibid.* non semper sunt testimonia sanctitatis, 997. nec veritatis, 1225. quando & quatenus in Ecclesia sint necessaria, 806. ex fine sunt dijudicanda, 1149. *Miraculorum*, verorum & falsorum *distinctio*, 234. 601. 603. 604. *donum* quare gratis conferendum, 781. 782. *finis* verus, 322. 340. 603. 1421. semper intuendus & considerandus est, 604. *fructus* & usus, 280. 281. 282. 523. 837. universalis, 853. 909. *predicatio* qualis Christo sit grata, qualis non, 332. 333. 334. 396. 756. à quibus facienda, 901. *summum*, quod Christus pauper mundum ad se convertit, 1039. *Miraculosa* Christi opera sunt præstantiora, quam sunt naturalia, 221.

Miranda Spectacula, non laudatur à Christo, 792.

Miseri, fide ad Christum accedentes nil metuant, 340. ad Christum adducendi sunt, 899. *Miseria*, humana, verbis variis describitur, 290. quæ & quanta sit, 740. 741. in qua natura hæremus, 607. 1074. hominis decumbentis ad piscinam, 354. *Miseriarum* humanarum causa, 740. 741. *remedia*, 742. *Miserias* nostras nec natura, nec Lex auferunt, 743. conspectui Christi exponamus, nihil ipsi præscribentes, 339. *V. etiam Adversitates, Afflictio, Calamitas, Crux, &c.*

Misericordes, misericordiam consequuntur, 422. *Misericordia*, Dei quibus contingat, 72. qualis sit remittendo peccata, 81. erga peccatores quantà, 1299. duobus, 81. imò tribus vocabulis exprimitur, 332. *ven* coram Deo quænam sit, 724. 725. sacrificiis præferenda est, 892.

Missio, Filii Dei quid complectatur, 367. non tollit æqualitatem cum Patre, 367. diversa est à missione Prophetarum, 1097.

Mites, & mansueti quinam dicantur, 421. quomodo dicantur hæreditare terram, 421.

Mixtura, Theologiæ & Philosophiæ noxia est, 820. Religionum vituperatur, 915. 1103.

Mina, *V. Mina.*

Mobilitas Vulgi, *V. Vulgus.*

Modestia, peregrinantibus commendatur, 1027. cæci nati & à Christo sanati laudatur, 1228. *Modestie* piis studendum, 1375.

Subter Modium Verbum Dei recondere quid sit, 655. 1154.

Modus, loquendi in Nov. Test. simplex est, & cur sit, 241. quo Messias regnum suum administrabit, 397. *Modus* inveniendi thesauros varius est, 677. fugandi demones verus, 606. quomodo Christus suos liberare solet, 841. & *seqq.*

Mola, asinaria quid dicatur, 1000. *Mola* apud Judæos duplex est, 1000.

Mollia vestimenta, taxantur à Christo & quomodo, 553.

Momentum, ex quo æternitas pendet, 1191.

Monachi, quomodo depravarint salutationem Angelicam, 64. docent, Mariam meruisse, ut fieret mater Domini, 71. Clericis prohibent inter-

I N D E X.

interesse nuptiis, 217. quinam tempore Augustini laborem damnarint, 502. nugantur de perfectione supererogationis, 459. liberos faciunt *ei* 579. 85, 632. 801. malè & falsò relinquunt omnia, 720. quales baculos interdum portant, 783. mendicantes perstringuntur, *ibid.* errant circa sequelam Christi, 997. non possunt pro veris Christianis agnosci, 1089. Evangelicos Doctores allatrant, 1212. per unum necessarium intelligunt contemplationes animi, 1132. divitias abjecerunt metu damnationis, 1314. *Monachorum*, *nug.* de tribus Regibus, 107. *segmentum* de præceptio Nazarethanorum, 294. *Philosophia* de octo Beatitudinibus, 417. *mendicatio* Christo non probatur, 783. *superbia* taxatur, 1014. *Rosaria* & præces examinantur, 1136. *V. etiam supra Jesuita.*

Monica, Augustini mater, precibus & lacrymis conversionem filii obtinuit, 899. avolare hinc desideravit, 967.

Monimentum, unde dicatur, 1420.

Monitionibus, stultorum non semper obtemperandum, 1024.

Monoteletarum, error de Christi voluntate, 1201.

Mons, magnus & excelsus, in quo Diabolus nobis monstrat omnia regna & potentiam mundi, 191. in quo Christi transfiguratio facta, 962. in quo 4000. hominum cibati, 903. *Montes*, Libani & Antilibani; Hermonim; Trachoni; Gilead; Habarim, 22. *Montes* & valles quid noceant in Scripturis, 161. *Montium* translatio quomodo sit intelligenda, 983.

Monstra, hominum sunt, qui Deum non diligunt, 1118. *Monstrorum* domitores quo loco habiti à gentilibus, 713.

Monstratio, in divinis quid significet, 362. 363.

Montanistarum, error de jejuniis, 728.

Monumenta, circa templa quid moneant, 750.

Mors, Dei diuturna patienter est ferenda, 1385. gloriam Dei illustrat, 1385.

Morbi, quomodo sint curandi, 340. quo fine immittantur, 340. sunt flagella & poenæ à Deo immisissæ, 396. immisissæ, ne ampliùs peccemus, 356. à Christo omnes depelli possunt, 770. per incantationem illati naturalibus mediis tolli nequeunt, 1209. patienter sunt ferendi, 1384. *Morborum* & sanationis accessio quomodo suscipienda, 532. *Morborum* diversa genera, 321. 322. 327. 396. *remedia*, 742. *dissimilitudo* in corpore & anima, 1152. à *Morbis* liberati vota non perfolvimus, 356. *Morbis* contagiosis laborantes aliis ne se immisceant, 1326.

Morbundorum, cogitationes, 1347.

Mors, transitus est vel introitus ad vitam, 121. 368. 747. 947. 955. assumptio, 747. 1026. consummatio, 1268. exaltatio, 1084. exitus, 748. exitus communis humanæ vitæ, 1312. inde omnibus communis, 955. *finis*, 748. *interstitium*, quo à vita æterna prohibemur, 368. 369.

Harm. Tom. I.

translatio, 748. etiam alia habet *epitheta*, 955. quibus sit *avertitur*, 575. in se considerata quid sit, 746. *somno* confertur, 746. 747. 1317. 1318. 1386. dupliciter considerari potest, 689. 748. alia piorum, alia impiorum, 1386. pius in pace fit, 121. impiis secus, 122. 368. impiorum est initium tormentorum, 489. piorum verò liberatio ab omni malo, *ibid.* aliter in animalibus brutis, aliter in homine consideratur, 746. *Corporalis* fidelibus non est metuenda, 368. animæ potiùs, quàm corporis metuenda, 1175. *Spiritalis* quæ sit, 689. quæ habeat lymptomata, 690. 691. Pharissæ prænuntiata quid comprehendat, 1080. si caret stimulo, nihil nocet, 1176. quomodo Papæ & aliis dignitates sit excussura, 1183. 1184. ferè ex inopinato non adobruit, 1207. *Mors* & resurrectio Christi maximum miraculum, 228. signum salutare, 622. *Mortis*, dies melior, quàm nativitatibus quomodo sit, 955. *effectus* accidentarii somno præfigurantur, 747. *genera* tria Christo intentata, 293. *horror* quomodo sit pellendus, 1026. 1387. *Mortem* horrere per se non est peccatum, 1201. *Mortem* videre diversimodè accipitur, 119. *Morte* præoccupati maturi videntur Deo, 659. tabernas nostras pulsante, non terreamur, 1191. in *Morte* hominis miseria moritur, non homo, 955. *Mortui*, ad hanc vitam resuscitantur, 538. quomodo mortuos sepeliant, 687. 1032. careant omni sensu, 690. mox suam formam & decus amittunt, 690. 742. quor à Christo fuerint resuscitati, 733. quomodo sepeliendi, 749. 1032. *Mortuos* lugere Deo non est adversum, 1419. pro *Mortuis* nullum sacrificium in Vet. Test. institutum, 1314.

Mos, Hæreticorum per antiquus, unam particulam scripturæ recipiendo, alteram oppugnare, 861. *Morum* corruptio nostri seculi qualis & unde, 731.

Moses, quomodo Deum viderit, 198. Judæos incredulitatis & contumaciæ arguit, 380. quomodo de Christo testetur, 381. confertur cum Christo, 381. unde cum Elia in montem Thabor venerit, 965. cur id factum, 965. & Christus subalterni dicuntur, 1229. modum divortii adhibenda divortia præscripsit, 1353. 1354. *Mosis* auctoritas apud Judæos est maxima, 380. 381. 965.

Motus, contritionis & fidei in conversione sunt mixti, 580.

Mulier, Spiritum infirmitatis habens curatur à Christo, 1209. 1210. typum gerit totius humani generis, 1210. qualem se gesserit, ante, in & post restitutionem, 1211. 1212. *Mulieres* gentiles & peccatis contaminatæ, quare in Genealogia Christi recensentur, 55. tres diversa, peccatrix, Maria Magdalena, & Maria Lazari uxor, 591. cur infantes suos Christo adlexerint, 1359. *Mulierum* officium antiquitus panes coquere, 671. *Mulierculæ* encomium de Christo, 1151. *Mulierculæ* cum liberalitate sequuntur Christum, 590.

Mulci, æquipollent omnibus, 321. 322. 1399. LIIII 3 com-

I N D E X.

comprehendunt totum genus humanum, quandoque tantum Judæos, 1280.

Multiloquium, quale vitium in oratione, 470. *Multiloquio* quare gentiles in precibus utantur, *eisd.*

Multiplicatio, panum in cujus manibus facta sit, 833.

Mundana, felicitatis & miseria exemplum, 1312. *Mundana* res quam sint momentanea, 191. apud Christum non quaerenda sunt, 862.

Mundi corde, quinam dicantur, 422. *Mundis* omnia munda, 883. *Mundities*, cordis quæ sit, 883. 1158. 1159. *nostra* juxta Dei Verbum statuenda, 1314.

Mundus, variè accipitur, 854. omnes homines complectitur, 206. etiam paucis opponitur, 1023. totus peccatis est infectus extra Christum, 205. magis amat tenebras, quam lucem, 247. cur insurgat adversus Ecclesiam, 424. quomodo donis Ministrorum contra Deum abuti soleat, 374. semper invenit quod carpat in Ministris Verbi, 763. Beatitudinem sitam existimat in divitiis & honoribus, 420. in delitiis & voluptatibus, 420. in hominum favore & benevolentia, 424. totus est ingratus, 422. per se corruptioni obnoxius & insulfus est, 429. collegium est leproforum, 525. mari confertur, 680. erga falsos doctores prodigus est, erga veros parcus, 783. quomodo tentare soleat, 831. semper Deum operibus placare cupit, 853. totus plenus est miraculis Dei, 829. totus in peccatis est mortuus, 857. odit eos, qui ejus salutem promotam cupiunt, 1024. quos honoratos judicet, 1394. *Mundi, administratio* an Deo, an Diabolo adscribenda, 192. *applausus* non probat Religionis veritatem, imò in causa fidei suspectus est, 424. *contumacia* contra Christi Evangelium, 791. *finis* in propinquo est, 781. *gubernatio* est miraculum omnium maximum, 829. *improbitas* manifestè est arguenda, 801. *malitia* erga bonitatem Dei, 42. ob quam à præconio veritatis non est abstinendum, 791. *openi* diversa, 1024. *rabies* contra Ecclesiam unde sit, 424. *Mundo* utendum, non abutendum, 1334.

Munera, Magorum puero Jesu oblata, 102. 113.

Munzerus, rusticis persuasit, se montibus imperare posse, 983.

Murmurare, Judæorum quasi proprium fuit, 862.

Musca, quid denotet, 598.

Mustum, antiquitus in utres recondebatur, 730.

Mutatio, quænam fieri soleat in homine converso, 1222. *Mutatio* Sabbathi cui adscribenda, 1275.

Muti, surdi, cæci unde proveniant, 898.

Mutationis officium, quibus præstandum, 457. quomodo inter Christianos sit instituendum, 457. & *seqq.*

Myriades, populi concurrunt ad Christum, 1171.

Mysterium, Incarnationis Christi non scrupulose scrutandum, 68. *SS. Trinitatis div. personarum* dis-

explicatur, 360. 362. de *Mysteriis* divinitatis quo sine & modo disputandum, 366. 367.

N.

*N**E*, particula quomodo usurpetur, 569. *Nepos*, Christus in suis tolerat, sed emendat, 212.

Naim, civitas ubi sita sit, 551.

Nascendi, voce cur Christus utatur in nostra regeneratione, 236.

Natalis dies, cur & quomodo malè audiat apud Prophetas, 810. 811. Herodis cur dicatur dies opportunus, 810. cur hic malè audiat, 811. *Natalem diem* quomodo celebrare debeamus, 810. quomodo gentiles malè celebrarint, 811.

Nathanael, nomen quid notet, 212. quomodo in eo non fuerit dolus, 213. an fuerit Apostolus, 214. 215. an fuerit Cananæus, vel Bartholomæus, 214. fuit doctus, 213. *Nathanaelis, confessio* de Christo tria complectitur, 213. patria est Cana Galilææ, 214.

Nathinei, quinam dicantur, 56.

Nati cæci, visum quomodo recipere dicantur, 1222.

Natura, humanæ depravatio quæ & quanta sit, 236. 1080. etiam in renatis, 845. *Natura* generosiores acerbius ferunt mala, quæ in liberis prospiciunt, quam quæ in proprio corpore sustinent, 890.

Natus, mulierum quid notet, 554. 555.

Navis, cathedra Christi, hujus sortem adumbrat, 641. *Navicula* Petri typus est Ecclesiæ, 700. 701. 841. *Navigatio*, post Christi concionem cur facta, 695. Apostolorum per mare Genæareth, 840.

Nazarei, Evangelium secundum Hebræos voluerunt Ecclesiæ obtrudere, 33. *Nazarei* veri quale habuerint votum, 155.

Nazareni, vocabulum unde deducatur, 136. 137.

Nazareth, an per *z* an per *s* scribendum sit, 136. 137. quomodo & ubi sita, 288. quomodo Christi patria dicatur, 279. 288. invida & ingrata fuit, 280. à *Nazareth* boni aliquid an possit esse, 212. 213. *Nazarethani*, quomodo fuerint offensi, videntes Christum miracula facere, 145. 146. an arcano Dei consilio non potuerint credere, 293. quomodo fuerint ad primam Christi concionem affecti, 291. 292. unde conquirant argumenta Christum ejiciendi, 292. primi sunt, qui Christo injiciunt manus ad perdendum, 293. contemnunt Prophetas & Christum, 769. *Nazarethanorum* obstinata malitia, 762.

Nazer, quibus rebus tribuatur, 136. 155.

Necessitas, est duplex, absoluta & hypothetica, 999. 1000.

Necromantici, & qui eos consulunt, taxantur, 1099.

Negative, orationes quomodo apud Johannem accipiendæ, 380.

Negotiator Evangelicus, quis sit, 679. quomodo negotiari debeat, 1459.

In *Negotiis* Religionis & pietatis non est cunctandum, 1039.

Nemo,

I N D E X.

Nemo, (*Nemo novit Filium*,) excludit creaturas, 571. *Nemo* à concionibus legalibus exemptus est, 1195. *Peccet* spelatendi, 1173.

Neomenia, festum quare sit institutum, 1022.

Neophylis, in fide quomodo blandis verbis sint ducendi, 1088.

Nequaquam obieritis urbes Israel, quin jam venerit filius hominis, variè explicatur, 796.

Neque in hoc, neque in futuro seculo: quomodo sit intelligendum, 613.

Nervus, regni Pontificii primarius est fides carbonaria, 1231.

Neutrale, sunt Christi adversarii, 609. 610 sunt duplices, Epicuræi & infirmi, 998. in Ecclesia Deo non probantur, 1150.

